

De 11323



1000
Dern





J. Willmet. / 6.25 -

1794. Est liber unus omnium rarissimus, cuius
cuncta fere exempla, paucissimis tantum
exceptis, insigni infortunio perierunt. conf.
Lat. H. N. Schultensii, et Vogt.

P O E M A
T O G R A I,

cum Versione Latina

JACOBI GOLII


hactenus inedita.

Quam ex M^{to} Goliano

præfatione, & notis quibusdam

auctam edidit

MATTHIAS ANCHERSEN.
HEINRICH THORBECKE




TRAJECTI AD RHENUM,
Apud GULIELMUM BROEDELLET. 1707.



PERILLUSTRI ET NOBILISSIMO
DOMINO,
FRIDERICO
ROSTGARDO,
S.R.M. DANIÆ & NORVEGIÆ, &c.
JUSTITIÆ CONSILIARIO,
SUPREMO ARCHIVORUM
PRÆFECTO, &c. &c.

*Literarum Humaniorum, adeoque
Orientalium,*

MÆCENATI SPECTA-
TISSIMO.

 Uod pridem olei operæ-
que in vindicandas à func-
sto interitu POETA-
RUM DANORUM
DELICIAS, Mæcenas lon-
gè

A 2

DEDICATIO.

gè æstimatissime, gloriosè insum-
psisti; hodièque in eruendas A R-
CHIVORUM Septentrionalium
membranas pari cum laude confers;
id, quantâ Poëtas, MSS:torumque E-
ruditissimorum Restauratores æstima-
tione metiaris, luculenter testatum fa-
cit. Hinc est, ut, quicquid vel in
vernacula nostra Poësi effingit Spiri-
tus Divinior, vel in alia exornanda
commentatur cælestissima ingenii so-
lertia, ad Lares Tuos, Tuumque præ-
sidium ex Arctoo nostro orbe confluat.
Proinde, ne diutius exulet V E R-
SIO hæc LATINA TOGRAICI
POEMATIS, à Celeberr. Jac. GO-
LIO concinnata, mecum ad fores pa-
trocinii Tui pudibunda divertitur, non
dubitans, quin Per-Illustri Tuo No-
mini sacram irretortô oculô frontèque
excipias expansissimâ. Licentiam in
Te nobis facit, non illa Tua solùm Græ-
carum Latinarúmque, quarum absolu-
tissimum es compendium, Antiqui-
tatum scientia; sed & dignissima Tantô
Mæ-

DEDICATIO.

Mæcenate Literaturæ Arabicæ (quâ quid unquam in Literis politius?) cognitio, non superficialia illa & umbratilis, sed vera, sed solida, sed profunda. Nondum istius dieculæ, VIR MAXIME, dememini, quâ mihi in exteras abituro regiones, in vastissimum illud Bibliothecæ Tuæ, omni Literarum Humaniorum genere instructissimæ, theatrum, ut sæpius antea, deducto; & visis diu rarissimorum in omni scientia MSS^{torum} Monumentis, tandem etiam ad pluteos Tuos Orientales constituto, non ignotos modo mihi Codices, ad miraculum usque in Oriente descriptos, sed & elegantissimum illum in Octava (ut dicunt Typographi) forma Librum Arabicum, quem Tu ipse Romæ, editi sub Maronitis profectûs testem nitidissimè conscripseras, ostendisti; ratus, tirocinia nostra in Hebræis deposita, in Arabicis quoque, ut affinis, castris militasse. Sed quàm egregiè animi tunc tui falsus esses, de-

D E D I C A T I O .

claravit illicò ingloria , sed simul ingenua, ignorantiaë confessio. Cui, tantum aberat, ut succenderes, ut me è contrario ad tractanda illa Sacra vehementiùs inflammares. Ac ne consilio isti saluberrimo obsequium meum defuisse credas, ecce! Tibi, Vir Amplissime, testimonium qualecunque, non insalutatas à me in his oris fuisse Arabicas Musas. Quarum, dum vixit, Præsidem, hic pro me Interpretem mitto, nempe Jacobum GOLIUM, quem vel nominasse est laudasse: de quo dicere ausim, quod de Tito Aristone Plinius: Literæ (Orientales) bonæque artes summum in illo uno homine periculum adiere. Et profectò de iis conclamatum esse videretur, nisi reviviscentium earundem expectationem non sustinerent modò, sed & spem omnibus indubiam, eruditissimîs suis scriptis, facerent in Gallia *Gallandius*; in Anglia *Sikius*; in Belgio *Relandus*; in Dania *Steenbuckius*; in regionibus aliis *Alii*.
Parvum

DEDICATIO.

vum autem hoc opusculum, quod ex officina GOLIANA prodiit, TIBI, Literarum Orientalium Æstimator acerrime ROSTGARDE (prætermiffâ debitâ ingentium in me meritorum Tuorum deprædicatione, quæ tacitâ grati animi reverentiâ, quàm publicô encomiô, æstimari extollique mavis) dicare sustinui; certissimus, restitutionem hujus, elaboratæ à Tanto Viro, & tam longâ oppressæ nocte VERSIONIS, TIBI, qui, quantô temporis laborisque stet impendiô vel tantuli Poëmatis Paraphrasis, optimè nôsti, non injucundam fore. Bene vale, Mæcenas Per-Illustris, canesce Reipublicæ Literariæ bono, nec dedignare submissum

Trajecti ad Rhenum,
pridie Cal. Jun.
A^o. MDCCVI I.

*Amplitudinis Tuæ
cultorem*

MATTHIAM ANCHERSEN.

PRÆ-

PRÆFATIO.

§. I. Occasio editio-
nis.



On cramben bis terve coctam, sed carmen Arabicorum Poëtarum Coryphæi, maturò Illustris GOLII judiciò recoctum, tibi, Lector Humanissime, hic repono. Salivam, non bilem, id Tibi moturum credo, modò Orientalium cupediæ aviditate motus, non primis modò id labiis degustare, sed laxò ore devorare volueris. Animum hæc quondam Ambrosiâ suum non leviter pavit, sed lautissimè exsaturavit Maximus Orientalium in Europa Literarum Sator & Stator JACOBUS GOLIUS; quin, ut Phil-Arabes ad ejusdem ganeæ pollectum invitaret, opipara VERSIONIS LATINÆ antecania præmisit. Quorum tamen geniali apparatu hiantes corvos graviorum, quibus divulgandis districtus erat Vir Celeberrimus, interclusit Operum interventus; &, quæ eundem mox ab oculis omnium amovit, injuria temporis. Repotia nunc verò ista manibus meis ingessit non caca, cui aliàs quicquid Virgulâ nanciscimur Divinâ, in acceptis fertur, sors; sed incredibilis in me immerentem animi propensio Nobilissimi & longè Celeberrimi HADRIANI RELANDI, Linguar. Orient. in inçlyta hac Acad. Ultraject. PROFESSORIS dignissimi; qui MS. hoc GOLIANUM ex instructissi-

ma

P R Æ F A T I O.

ma & incomparabili Bibliothecæ suæ Orientalis supellectile ultrò mihi dedit, non diuturnioribus abdendum tenebris, sed publicæ in communes usus luci exponendum. Nec mirum. Satis diu in umbraculis delituit hæc *V E R S I O*, suos injustè passa Manes; dignissima, quæ funere suo, ut Phenix Arabica, accessione Solis animata, gloriose renasceretur. Lactentes itaque Musas meas Arabicas in vota & jussa sua non traxit, sed illicò rapuit primus opella adspectus, ratas, salvâ Manium Golianorum reverentiâ, fieri non posse, ut cum blattis & tineis luctaretur illud, quod impigrè eluctatus fuerat Orientalium Laborum Hercules *G O L I U S*. Auxit quoque voluptatem promovendî publici emolumenti animus, spe plenus, futurum, ut vestigia hæc haud dubiè sequantur majorum vigiliarum *MSS^a Goliانا*, tenebris injustè damnata, uti * Barulcus Heronis

B

ronis

* Titulus Libri in Codice MSto. quem vidi, hic est.

المقالات الثلاث من كتاب ايرن في
رفع الاشياء الثقيلة امر باخر اجها من اللغة
البويانية الي اللغة العربية ابو العباس
احمد بن المعتصم وتولي ترجمته قسطا
ابن لوقا البعلبيكي:

i. e. Libri

P R Æ F A T I O.

ronis Mathematici cum versione Latina, non omnibus absoluta numeris; & , qua pralum, superstitie GOLIO, poscebat, Historia Timuri, nitidissime descripta, &c. qua non ignorantum nobis Musæorum cimelia sunt, non sine gravi Literarum Orientalium detrimento suppressa.

§. II. Usus. Neque nullò se usu Phil-Arabi commendabit hac Versio, editioque. Habes hic L. B. exiguam aliquam palæstram, in qua vires ingenii periclitari potes, adjecturus scitè TOGRAICO POEMATI puncta, qua consultò omisimus, exemplò Magni Golii in Historia Timuri; cùm tamen liber nullus tantoperè egeat vocalibus, atque ille, adeò difficili stilò conscriptus, ut ad Arabici studii metam pervenisse censeatur, & palmam ferre, qui unum hoc ejus stadium ritè confecerit; teste Cl. Golio in præf. ad illam Histor. edit. Lugd. Bat. 1636. Cui annuit Vir Insignis Levinus Warnerus in Epist. de Stilo Histor. Timuri edit. Lugd. Batav. 1644. Animum quoque deliniet utriusque Versionis examen, ut juxta purpuram purpura dijudicari queat. Miraberis hic dis-

i. e. Libri tres Heronis de levandis gravibus, quos de Lingua Græca in Arabicam transferri jussit Abu L'Abas Ahmed Ibn Motazim, & interpretationi præfecit Costam, Filium Luca Baalbecensem, i. e. Helio-politam.

P R Æ F A T I O.

cordem Tantorum Virorum concordiam, quæ palmam utrique, ad summum gloriæ Laudisque culmen provehendo, dubiam suspendit. Proinde POCOCKIANÆ existimationi me hæc GOLII versione quidquam machinari, cave existimes. Fuere ambo (quis ignorat?) Viri in Orientalibus, quos tunc habuit Europa, versatissimi. Utrumque, credo, latuit alterutrius labor. Seniore verò Pocockianâ esse Versionem hanc Golianam, demonstrat, quò usus est Autor noster, exemplar, edit. à Celeberr. Erpenio Lugd. Bat. 1629, in octavo. Denique hinc discas, non crassâ Minervâ, non crudô iudiciô propellendam in forum Literarium versionem aliquam Arabicam, quod non sine irreparabili existimationis suæ damno experti sunt Phaëthontes quidam Arabici; quippe in ditissima Linguarum omnium Arabici Idiomatis affluentia sæpissimè prius vertendus est stilus, quàm animus Autoris, verumque loci sensum (quod fusius probat gemina hujus Carminis versio) assequi valeas.

*Ac ne ignores, Lector Amicissime, quis s. III. Poë- fuerit hujus Poëmatis Auctor, ecce Tibi vi- matis Au-
tam ipsius, descriptam ex Bibliotheca Orient. ctor ejus-
quam dedit τῆς Ἀνατολῆς βιβλιοθήκη ἐμφυ- que vita.*

D'Herbelot p. m. 1027. col. 1. THO-
 „ GRAI. Mouiad eddin Abou Ismäil Ben
 „ A'li Ben Mohammed, Ben Abdalsamad

P R Æ F A T I O.

„ *Raschid eddin, Al Esfabani, Al Thograi.*
 „ *Nom d'un Personnage très-Illustre de son*
 „ *temps, tant par ses Ouvrages en vers, &*
 „ *en prose, que par l'amitié des Princes Selgiu-*
 „ *cides dont il a été honoré, & par les char-*
 „ *ges, qu'il a exercées dans leurs Etats. Ben*
 „ *Schunah, en parlant de luy, écrit qu'il eut*
 „ *d'abord de l'employ à la Cour de Malek-*
 „ *schah fils d'Alp Arslan de la race de Sel-*
 „ *giucides, & que le Sultan Massoud de la*
 „ *même Maison le fit son Vizir; mais, que*
 „ *ce Prince ayant été défait dans un combat par*
 „ *son frere Mahmoud Thograi; car, c'est ainsi*
 „ *qu'on l'appelloit communement, fut fait pri-*
 „ *sonnier, & perdit ainsi la tête. En le fai-*
 „ *sant mourir, le Sultan Mahmoud allegua*
 „ *pour cause qu'il avoit reconnu que c'étoit un*
 „ *infidele & un impie. Il y a un Divan, ou*
 „ *Recueil de ses Poësies, & un Poëme cele-*
 „ *bre, intitulé, Lamiat alâgem, à cause, que*
 „ *la dernière consonne de chaque rime, est un*
 „ *Lam, ou un L. Il est aussi Auteur d'un Li-*
 „ *vre écrit en Prose, dont le titre est, Erschad*
 „ *alaoulad, qui semble être un Traité de l'E-*
 „ *ducation des enfans. Thograi fut mis à*
 „ *mort l'an 513. de l'Hegire, ce qui luy a*
 „ *fait donner les titres d'Imam Al Schehid;*
 „ *c'est-à-dire, L'Imam Martyr. Car, ceux*
 „ *que les Princes du Musulmanisme font mou-*
 „ *rir,*



P R Æ F A T I O.

,, rir , sont appelez Martyrs. L'Auteur du
 ,, Rabi alakbiar , luy donne les titres de , Ke-
 ,, thir Alfadh , abondant , ou riche en vertus
 ,, & en belles qualitez , qui est ce que les I-
 ,, taliens appellent , virtuoso ; lathif althebâ ,
 ,, naturellement agréable , & faisant bon ac-
 ,, cueil à tout le monde ; Faïek abel âsfo fil
 ,, nadhm v. alnathr , le plus excellent Ecrivain
 ,, de son siècle , en Vers , & en Prose. Vide
 plura de hoc Thograi apud eundem Herbelotum
 in Biblioth. Orient. p. m. 654. col. 2. & col. 2.
 pag. sequ. & idem ibid. pag. 511. col. 1. Dicit
 de Autore Lamici Persici Thograi : l'Auteur ,
 ,, qui le (sc. Lamiat) composa en forme de Sa-
 ,, tire contre les mœurs de son temps , étoit na-
 ,, tif d'Ispahan , & vivoit l'an 505. de l'He-
 gire dans la ville de Bagdet.

Te hic , mi Lector , cognitione hujus L A- §. IV. Ti-
 M I C I , ejusque tituli , multitudinis , tulus opu-
 & encomii , quò hoc præ reliquis miri- sculi
 ficè extulit splendidissimus Orientalium Pha- لامية
 rus D'Herbelot , fraudare religioni duco. العجم
 que ita ille in Biblioth. Orient. p. m. 511. col. 1.
 ad vocem L A M I A T. Poème , dont tou-
 tes les rimes se terminent par une lettre , que
 les Arabes appellent Lam. C'est nôtre L. Il y
 a trois de ces Poèmes , qui sont fort estimez
 dans l'Orient. Le premier , qui porte le nom
 de Lamiat al Arab , le Lamiat des Arabes ,

P R Æ F A T I O.

à été composé par Schafari. Le second intitulé *Lamiat al Agem*, le *Lamiat* des étrangers ou de Persiens, à pour Auteur *Abou-Ismaïl Housfain Ben Ali al Effahani*, surnommé al *Thograi*. Le troisième est d'*Abou Mansour Maouhoub*. L'on trouve encore un quatrième *Lamiat*, qui porte le titre particulier d'*Ebniat a la fâalsi tasrif*, qui est dans la Bibliothèque du Roy, num. 1098. mais c'est un ouvrage purement grammatical, qui traite de la construction des Verbes Arabes. De tous ces quatre Poëmes intitulez *Lamiat*, celui de *Thogray* est le plus fameux, & le plus élégant de tous.

s. V. Ingenio opuscu li قصيدة
 Plenissimum spiritu Arabicò Poëma, de excelso erecti pectoris Genio, qui, etiam ringente Fortunâ, dignissimorum felicitate Virorum contemptrice & hoste, & inertium fungorum caca stolidaque faultrice, ludicra Sortis bona masculo ac contemptore animo rejicit, ad eminentissimum gloriæ culmen viriliter eluctatus, hic concinnaturus noster **T O G R A F O** majestati thematicis temperasse videtur genus Carminis Excelsum, v. uti apud Arabes vocatur Expansum, insignitum nomine قصيدة Etenim dicente Cl. Fabricio, in Specim. Arabico p. m. 177. Carmen apud Arabes distinguitur in Breve & Longum. Breve dicitur قطعة quasi truncatum & amputatum, nec pluribus, quam septem versibus constat. Longum venit nomine (quod
 hic

P R Æ F A T I O.

hïc est) قصيدة , quò insigniuntur carmina ;
 quæ plures , quàm septem continent versus :
 sive ea comprehendant decem , sive centum , si-
 ve mille. Adeò ut Autor Kamusii non possit ,
 quod facit , ejusmodi Kalida v. Carmen ad
 paucitatem trium versuum redigere ; sed po-
 tiùs debeat agnoscere aliorum , quàm adducit ,
 sententiam , qui istiusmodi carmen non paucio-
 ribùs , quàm sedecim constare debere versibùs
 statuunt : teste Celeberr. Pocockiò in Notis. S.
 ad hoc Carm. Togr. p. 2. Caterum vexavit , ne-
 scio quomodo , Lexicographos vocis قصيدة in-
 terpretatio. Familiam ducat Celeberr. Gigg-
 jus qui in Lex. Tom. 3. p. m. 1244. vertit per Epi-
 gramma duplici hemistichio , vel sexdecim.
 Epigramma absolutum ; Elegia. Angelus à S.
 Joseph in Gazophylac. Persic. p. 294. vertit per
 Poëma , sed sine ulteriori explicatione. Cl. Er-
 penius in Lex : MS. Arabico , quod contuli ,
 per Carmen longum , & hoc sensu occurrit in
 Histor. Sarac. p. 108. ubi Merwan dicitur reci-
 tãsse قصيدة , i. e. Carmen , quod ibi dicitur fuis-
 se سبعون بيتا , i. e. 70. Distichorum , pro qui-
 bus totidem drachmas recepit. Illustris Pfo-
 cokius vocem reddidit Latine Carmen ; sed
 Excellentiss. noster GOLIUS hïc reddit Poë-
 ma , factã sibi hujus Versionis licentia ex Zjeu-
 hari suo , quem citat in Lex. Arab. p. 1914,
 qui interpretatur vocem per Poëma , justò ver-
 suum

P R Æ F A T I O.

suum numerò constans. Cui quoque versioni amicissimus esse videtur ipse Dn. Pocockius, qui in *Not. S. ad H. L. vocem* ter ita explicuit. Nam quamvis res eòdem pæne recidat, latius tamen sumitur Poëma, quàm Carmen; quod & de uno versu & Disticho posse dici docebunt Lexicographi Latini; sed Poëma non nisi de pluribus usurpatur. Quicquid sit, hoc verissimum est, Carmina longiora Arabica ab Arabibus vocari قصيدة; ita Poëma Abu' l'ola Ahmed, &c. quod est √ Lam-Elif, & constat 81. Distichis, vocatur à Cl. Golio. p. 227. in *Gramm. Erpen. edit. Lugd. Bat. 1656.* Ita Carmen Arab. Avicennæ quod constat 19. Distichis vocatur, impress. Lugd. Bat. 1633. & sexcenta alia tam MSS. quàm impressa.

§. VI. Genus Carminis quo conscriptum est Poëma Tograi.

Phil-Arabi, reor, gratam fore cognitionem Metri, quo concinnatum est hoc **T O G R A I P O E M A**, quod ne cum Magno Pocockio in sua editione prætereamus, non gravabimur adscribere, quid de hujus Metri legibus & scansione doceat Samuel Clericus in *Profo-dia Arabica impress. in octavo Oxon. 1661.* Atque ita ille l. c. p. m. 62. & sequ. ait: Locus hic postulat, ut de Carmine Tograi, quod nunc damus, nonnihil dicatur: Pertinet enim illud ad Genus **EXPANSUM** i. e. (ad primi Circuli, qui vocatur, الدائرة المختلفة *Addayérato l' mochtalesto*, Circulus Varius vel di-

P R Æ F A T I O.

~~est~~ discrepans, ob diversitatem pedum quinqueliterorum & septiliterorum alternatim in eo positorum. vid. l. cit. p. m. 7. tertium & ultimum genus, dictum البسيط Albesito, Expansum vid. ibid. p. 51.) & quidem ad primam ejus speciem, quæ Arudam & Darbam pariter Chabnatas habet, hæc mensurâ, مَسْنَعْلَن فاعْلَن مَسْنَعْلَن مَسْنَعْلَن فاعْلَن مَسْنَعْلَن فاعْلَن مَسْنَعْلَن فاعْلَن مَسْنَعْلَن فاعْلَن. Ea in versu ejus secundo exactè observatur, cujus hæc est scansio:

مجدياخي رنومج دياوولن شرعن
و ششمسرا دضحا كشمسرا طفلي:

quæ Latinis literis descripta sic sonant.

Mezdijachi tranvamaz dijavalan sherâon
Vashshemfora daddhoâ Kashshemfifit tefali.

(Hic juxta pedes & scansionis leges voces distinguuntur, nam aliter scribi & legi monstrat ipsa carminis inspectio :) Nec quenuquam movere debet, quod litera quiescens in fine versus nulla cernatur, quam hic in scansione exhibuimus, cum versus quiescente terminari semper intelligatur; qua pro ratione vocalis ultima, est vel *أ*, vel *ي*, vel *و*, ut supra aliquoties dictum.

Zebafam in toto carmine haud aliam, præter Chabnam, reperire est, cujus exemplum primi versus primus exhibet; ubi litera quiescente

C

ali-

P R Æ F A T I O.

elisa, pro مستعلن habetur مغعلن, ut hæc
sit ejus scansio.

اصالتر رايضا تنبعتل خطاي
وجلبتل فضلرا تنبلدل عطاي

Afâlator râjîfa netnjanil chathali:
Vahiljatol fedliza netniladal atali.

*Literas و ي quiescentes, etiam in medio
versus, post affixum & latentes aliquoties depre-
hendimus; ut in v. 4. متناه; ubi versus pos-
tulatur متناهو: ne quis autem Tayam subesse
suspiciatur, ratio duplex est; prima, quod ea
non aliâs in toto pœmate (quod observare li-
cuit) occurrat; altera, quod hoc sapius acci-
dat, ubi Taya non est locus, ut v. 10. بمتله
v. 38. لعله (si eam lectionem sequamur) و
v. 45. لعينه v. 54. من قبله و افراذه. In quibus omnibus vel Caffâ, contra hujus versus
leges, admittenda est, vel quiescens in fine subin-
telligenda. Finales ي و ي quiescentes in
affixis هم ي و ي, postulante id metro, vo-
cales assumunt; illa, pro vocali præcedente,
Damam vel Kesram, post quas litera quiescen-
tes homogenea و ي plerumque delite-
sunt, hæc Fatham: ut v. 25. بونهم v. 38. و
v. 41. نفسى alia hujusmodi v. 46. علائي
git:*

P R Æ F A T I O.

git : In aliis summa cum religione leges carminis ubique observantur. Mirari autem satis nequeo (ut hoc obiter adjiciam) cujusdam temeritatem, qui, Pöeseos Arabica doctrinã explicandã satis infeliciter sibi susceptã, * affirmare ausus est, se diligenter observãsse in Carmine TOGRAI, cum in quolibet hemistichio posuisse 14 consonantes mobiles, & 10 quiescentes. De motis verum est; cum enim quodlibet hemistichium 14 syllabis constet, singulis verò syllabis literam motam inesse necesse sit, totidem motas habere hemistichium liquet. De quiescentibus etiam verum esset, si mensura hujus ميسور Maris (ut loquuntur Arabes) seu Carminis generis ميسور فاعلن integra servaretur; sed cum Aruda & Darba ex legibus jam positis, per totum poëma chabnata sint, i. e. quiescente secunda privatae, necesse est, ut in quovis hemistichio, una saltem litera ex hoc numero decedat: praterea cum in reliquis etiam pedibus Chabna sit licita, fieri potest, ut vel una, vel duæ, vel etiam tres praterea quiescentes ex dicto numero desiderentur; ut in versu quinto, in cujus utrolibet hemistichio haud plures, quàm sex, vel (si in

C 2 fine

* Quem duriusculã hic censurã perstringit Clericus, est proculdubio M. Job. Fabricius Dantisc. qui in Specim. Arabico impressi. Rostoch. An. 1638. p. 177, & 178. usdem vitur verbis, quæ hic adducuntur.

P R Æ F A T I O.

sine vocis و utrobique ي quiescens latere concipiatur) ad summum septem quiescentes habentur. Ibid. v. 169. Fere oblitus eram monere Kasiam Carminis TOGRAI ad tertiam speciem, quam supra Confertam diximus, pertinere, cum in ea tres literæ motæ inter duas quiescentes intercipientur; esse præterea solutam, in qua Rawya ي vocali Kesra movetur, qua inde Almajra dicitur, sequentem habens Waslam ي; Nudam denique, ut in qua nec Redfa, nec Tassa Rawiyam præcedat.

*Denique perpaucas, nataeque sub manu notas adiecit Arabici Studii voluptas, vestigium sui Trajectinis Musis relictura, quas grandi satis numero augere potuerat, si vel ad manum fuisset Salaheddinus Sa-fadi, qui teste Cl. Herbeloto in Bibliothec. Orient. pag. 511. col. 1. carmen illud binis satis superque justis voluminibus illustravit; vel materiam earum non antea occupasset Cl. Pocockius; vel me denique stimulasset, cui unquam parere stultissimum, sed tum maximè, quando post Homerum Ilias scribitur, scripturandi pruritus, de numero & mole, non item de virtute sollicitus. Vale autem, mi Lector, &, debitâ Versioni huic Golianæ æsimatione positâ, hõc fructu Poëmate, certissimus, esse cum hoc flore Arabi-corum Poëtarum, ut cum Arabico ihure, com-
pa-*

PRÆFATIO.

paratum, quod, quò crebrius manibùs teritur, eò latius odorem spargit fragrantissimum.



C 3


قصيدة



قصيدة

(1) ابي اسمعيل

(2) الطغراعي

1.  Bst ratio Grammatica, quominus cum Pocockio dici possit ABU-ISMAEL: nam hoc est in *Rafa*. Sed in *chafda* dicendum est ابي, ABI, & ut verbis Grammatici Arabis utar in *Zjarumia* (cujus Autor est Abou-Abdallah Mohammed, Ben-Mohammed, Ben-Daoud Al Sanhagi, Eben Zjaram & de Zjaroumi. vid. D'Herbeloti. Biblioth. Orient. pag. 398.)
 الباء فتكون علامة للتخفيف في الاسماء الخمسة, i.e. *Je* (ي) est nota *Chafda*, i. e. Genitivi, in 5. illis nominibus, sc. illis, quæ supra memorata sunt, in initio Capituli de *Natis Casuum*: اخوك وابوك وحموك
 وفوك وذنو مال. Ita enim recensentur in Codice MS. Relandino, quò usus sum, nam in *Zjarumia* ab Illustri *Erpenio* edita Lugd. Bat. 1617. in 4^{to} p. 4. & 20; sex recensentur, quæ vide: quin ibid. Celebrerr. *Erpenius* fatetur illud sextum هن non reperiri in MS S. Idem post editum hoc carmen
 VER.

VERSIO JAC. GOLII.

P O E M A

ABI-ISMAEL TOGRAI.

accuratius observatum est à Magno Pocockio in ABIL-PHARAJI *Historia Dynastiarum*, quam Latine redditam edidit Oxon. 1663. in 4^{to}; ubi semper scribit supra Text. Arab. *Histor. Dynast. Gregorii Abil-Pharaji*, non Abul-Pharagii; quod tamen, nescio quare, in Versione Latina retinuit; uti & in Epistola ABI-Z J A A F A R Ebn Tophail: quam ab Eduardo Pocokio A. M. versam, nostri tamen Pocokii suafu atque hortatu Arabicè & Latinè editam Oxon. 1671. præfatione ornavit. Quamvis & Judæi hoc nomen *Abou* invariantum retinere soleant etiam in Casibus obliquis: ita in *Sepher Fuchasin* invenies עלי בן אבו טאלב *Ali Ben Aboutbalef*, quod Arabicè scriberetur علي بن ابي طالب: Et paulo ante בימו כבשו ישמעאלים מלכות שאם על ידי אבו עבדה *In diebus ejus subjugarunt Ismaëlita regnum Syria per manus Abou Obeida*, pro *Abi-Obeida*: atque ita pluribus in locis.

(2) De TOGRAI derivatione à TOGRA,

(3) المعروفة

(4) بالامبة (5) العجم

GRA, i. e. characterum majusculorum forma vide quæ scribit D'Herbelot in Biblioth. Orient. p. 1027. col. 1. it. ibid. p. 654. Characteres illos qui cognoscere avert, adeat Tractatum pacis factæ inter Turcicum Imperatorem & Henric. IV. Regem Galliæ A°. 1604. impress. Paris. Turcice & Gallice A°. 1615. & epistolam *Morad Chan*, an. 1633. scriptam ad Illustr. & Præpot. Ordines Belgicos in fol. in Bibliotheca MSS. torum *Relandina*.

(3) Utrum cum Pocockio reddatur *cui titulus est*, an verò cum Golio hîc, *quod vulgò dici solet*; perinde est; quia sensus non variat, nam propr. significat, *notum*. Et de re manifesta, vulgò dicunt Arabes Lexicographi المعروف: i. e. *quod vulgatum est*. vid. Giggeji Lex. Tom. 3. p. 317. Id aliàs dicitur: *حزأ حلبته*, i. e. *Titulus hujus hîc est*. vide Giggeji Lex. Tom. 1. p. 1067.

(4) Denominationem hîc fortitur Poëma à Rawya sua, i. e. *ea litera*, cui in fine cujuslibet versus perpetuò & necessariò recurrenti, totius Poematis structura quasi inmittitur, quæ quia hîc

Quod vulgò dici solet,

LAMICUM PERSARUM.

hïc est λ , ideo ab ea appellatur *Lamicum* vel *Lambdale*, id est, ad λ pertinens. Quod autem in fine versus recurrere dicitur *Rawya*, id non ita intelligendum est, quasi ea sit semper ultima versus litera, cum eam saepe alia, ut hïc, nonnunquam duæ sequantur, ut rectè scribit *Clericus* in *Prosod. Arab. p. 153.* & *Cl. Fabricius Spec. Arab. p. 182. §. ult.* Sic Poëma *Abo l'Olæ* est *Lam-Eliph*, quia in λ ubique definit. vid. *Fabric. loc. cit.* Plura de hoc *Lamico* annotavimus ex *Biblioth. D'Herbeloti*, in præfatione nostra.

(5) Hïc voce *Tograyo* noster suum *Lamicum* distinguit à reliquorum Poëtarum *Lamicis*, de quibus ex *Herbeloto* egimus in præfat. *Persas* hinc dici apud Poëtas Latinos *Achæmenes*, luculentissime demonstravit *Celeberr. Hadrianus Relandus* in *Tom. II. Dissertat. Miscellan. in octavo pag. m. 108.* quas vide.

D

(6) Go-

I. اصاله الراي صانتني عن الخطل
 وحلبه الغضل مراتني لودي
 (6) العطل :

II. مجدي اخبرا ومجدي اولاً شرع
 والشمس مراد الضحى (7) كالشمس
 في الطغل :

(6) Golius Excellentiss. in MS. annotavit quod hæc vox عطل significet etiam *privationem* & *carentiam officii*; quò credit respicere proverbium Arabicum: *عبار العمل* *العطل* *خبير من ترعرع ان العطل*, i. e. *pulvis præfectura* (sc. præsentis) *præstat crocò deposita*, id est, dicitur cum quis de quiete aut commo-
 do gloriatur. Et hunc vocis sensum Arabibus cognitissimum esse, liquet ex dicto, quod ex Arabe quodam citat Giggejus in Lex: suo Arabico, Tom. III. p. m. 43. *يعطل الرجل*, i. e. *Absque cura relictus est*; *Relictus est Vir, ita ut nihil illi agendum superfuerit*. Adeoque non monilium & ornamentorum solum, sed & *aliarum rerum privationem denotari* hæc voce rectè ex *Camusio* observavit Cl. Gol. in Lex. Arab.

(7) Occasionem tam pulchræ & commodæ
 fimi-

- I. *Firmitas mentis servavit me a lapsu,
Et decus Virtutis ornavit me in
neglecto statu.*
- II. *Gloria mea in fine, gloriaque in
principio, una est & eadem,
Prout Sol tempore illustris diei si-
milis est Soli, die jam inclinato.*

similitudinis Poëtæ nostro oblatam suspicari licet ex voce prima اصالة *Firmitas*, ad quam videtur alludere, quippe cujus radix, mediâ Dhammata, significat: *Firmâ radice fuit; Nobili stirpe oriundus fuit; Constans & cordatus fuit.* Sed mediâ fathatâ, significat: *Ingressus est tempus vespertinum, eâ vespera parte, qua اصبل, Asil dicitur, & ferè a pomeridiani temporis medio est ad Solis occasum.* Scripturus hunc versum Tograyero noster proculdubio imitatus est (ut in toto hoc Poëmate) alium Arabem Poëtam, *Abu l'Olam Mearrensem* in v. 50. qui ita sonat.

ولو شمس الضحى قدرت لعادت
مشرقة اذا هرات الزوال

i. e. *Et si Sol illustris diei posset, utique rediret*

D 2

Ad

III. فيم الإقامة (8) بالزور لا سكاني

بها ولا ناقتي فيها ولا جملي

IV. ناء عن الاهل صغر الكف منفر

كالسيف عري منناه من

الخلل

*Ad ortum, quando viderit declinandum
esse ad occasum.*

Vide Cl. Gol. versionem Latinam in Grammat. Arab. Erpen. p. 240, v. ult. edit. Lugd. Batav. 1656.

(8) Per *Zauram* intelligi hîc urbem *Bagdad*, ad *Tigrim* sitam, jam monuit *Celeb. Pocokius*; quare mirum est, cùm aliunde constet *Babylonem* ad *Euphratem* esse sitam, *Bagdad* & *Babylonem* pro iisdem urbibus haberi, uti egregiè in hoc hallucinatus est, versatissimus aliàs in rebus Orientalibus Cl. *Gravins*, qui in *Binis Tab. Geographicis* Londin. in quarto impressis 1652. p. m. 14. & 46. hæc habet: *Bagdad*, id est, *Babylon*. Cujus quidem erroris venia adhuc ægrius est danda *Angelo a S. Joseph*, qui eundem erravit in *Gazophylacio Persico* p. 88. quando vocem *Babylon*, ponit *Bag-*

III. *Quid commorarer Zauræ, ubi neque
esset domus mea,*

Neque camela mea, neque camelus meus?

IV. *Procul absens à familia, vacuus
manuum, solus,*

*Similis ensi, cui nudatum est latus
ornamentis vaginae?*

Bagdad; & mox, quasi idem foret عراق
عرب (quæ est Provincia integra Traka Ara-
bum s. Chaldaea, contradistincta عراق عجم,
i. e. Traka Persarum vid. Cl. Reland. *Tractat.
de Numm. Vet. Hebr.* p. 14. quæ est Veterum
Parthia, quæ duorum dierum itinere distant.)
Dein idem explicat per بابل, i. e. Babel, &
id quidem rectè; At denique per فسطاط,
quod est nomen *Babylonis Aegyptiacæ*, quæ
vulgò vetus Cairo, & Bablium audit. Quæ
mira, sed non unica, est in Lexico isto con-
fusio, cum tot diversarum urbium, & dis-
sitaram regionum nomina, absque ulla distin-
ctione, ad explicandum solùm nomen Baby-
lon, adhibeantur. Qui plura scire avert de hac
Urbe Bagdad, adeat *Illustr. Pocockii Historiam
Dynastiarum* p. 141. & sequ. ubi de ejus Con-
ditore *Al Mansuro* agitur. p. 156. De ejus

V. فلا صديق البه مشتكي حزني

ولا انيس البه منتهي جذلي:

VI. طال اغترابي حتي جن راجلتي

ومرحلها وقري (9) العسالة

(10) الذبل:

VII. وضج من لعب نضوي وعج لما

القي مركابي ولج الركب في

عذلي:

obsidione ab *Al Mamunide*. *ibid.* De e-
jus instauratione ab *Adado' ddaula* pag. 210.
De ejus expugnatione & direptione a *Tata-*
ris pag. 338, 339. Consulat quoque *Ga-*
brielem Sionitam in *Append. Geographia*
Nubienfis Cap. 2. ipsamque *Geographiam Nu-*
biensem in *Text. Arab.* fol. 30. col. quarta in
initio; in *editione Latina* p. 112. c. 2. & p.
204. Item *Gentii Notas ad Gulistan.*

(9) B. m. Golius in MS. hoc adjicit:

عسال

V. *Ubi nec amicus, cui fieri possit que-
rela doloris mei,
Nec socius, ad quem pertingat læti-
tia mea.*

VI. *Eò usque duraverat peregrina-
tio mea, ut ingemuerit jumentum
meum,
Ejusque sella; & aliæ, tremulæ,
tenuesque hastæ.*

VII. *Et barritum edidit præ lassitudine
camelus meus, vocemque sustulit,
quod
Attingerem stapedes meos & frequens
fuit comitatus in culpando me.*

عسال à singl. عساله *Hasta* propriè tre-
mula; unde dicitur: عسال الرمح *Concuti-
tur, quassatur hasta*: ita Poëta, اوس, in-
quit, بكل عسال اذا هن, i. e. *usurpatur
ea vox de omnibus hastis, quum vibrantur.*

(10) In Exemplari Pocockiano ب ia
الذبل *habet Dhamma*; sed in Erpeniano ha-
bet fatha: & perinde est, nam utrumque in
usu esse liquet ex Lexicis Arabicis. Sed me-
diâ fathatâ, est Plurale fractum *forma prima*;
at

II P O E M A

VIII. اريد بسطة كف استعين بها

علي قضاء حقوق للعلي قبلي

IX. والدهر يعكس (II) امالي ويقنعني

من الغنيمة بعد الكد بالفعل :

X. وذي شطاط كصدمي السرح

معقل

بمثله (12) غير هباب ولا وكل :

XI. جلو (13) الككاهة مر (14) الجدد قد

منرجت

